



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

Præcepta generis Demonstratiui.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

folem, pulverem, cœlum denique pati diceant.

Sed ne forum, & subfellia, aut scholas etiam semper cogitemus, extant ea tempora, & loci, quibus auditores doctis, amantiss, sculptis orationibus sunt permulcendi, &, vt cum Dionysio loquar, nonnihil oportet ex istius autem eloquentiæ suppellectile petenda sunt adiumenta, quando demonstratiuum genus complexa est.

Βιατρίβη.

De genere Demonstratiuo.

CAPVT III.

Nonnus Dion. lib. 3.

Demonstratiuum genus primum locum obtinet, quod vt Nilus ille Nonni; Πότις γονόβη χεῖρ ἐπιδομον ὕδαρ, Ἐπὶ δὲ διὰ τομάτων εἰλυμένῳ εἰς ἄλα πῖπαι.

Est sanè Nilus fluuiorum omnium maximus, fecundissimus, & suauissimus. Quæ omnia demonstratiuo generi magnoperè congruunt.

Demonstratiui generis excellentia.

Magnitudo quaritur? omnium rerum laudes, & vituperia continet: fecunditas experitur? nullum verbis, aut rebus vberius: desideratur suauitas? at tota Ciceronis, Demosthenis, Isocratis Myrothecia hoc genus exhaustit.

Procopius sophista in epist. Demonstratiue quid?

Quod si apud Procopium χροσθεῖς. Nilum audiisti; vnde χροσθεῖς appellatur à Cedreno: hic quoque fontes aurei magna vbertate distillant: Ἰδιαιτικὴν quidem à Græcis nuncupatur, quod totum ad pompam, &

magnificentiam narum videatur: nam in laudationibus, & certaminibus oratores, poætæ, citharædi, quoties de palma cœmulis, magna hominum frequentia certant: nunc igitur de tam nobili, & tam spatiofo genere dicendum.

Præcepta generis Demonstratiui.

Demonstratiuum genus est, quod laudem, & vituperium continet: Ex quo laudationum præcepta, & vituperij hic tradenda sunt. In eo specto, quid laudandum, & vituperandum: & quomodo, Quatuor, teste Aristotele, cadunt in laudationem; Deus, homo, animalia, inanima. Modus, & ratio patebit in singulis.

Laudatio Dei.

CAPVT IV.

Ex aïds igitur, vt ait Theocritus, ἀρχώμεθα in Dei laudatione Dei duò spectantur: materia, & forma: Materiam hic appello argumentum laudationis, Dei putā amplissimas virtutes: formam, veluti modum, & characterem.

In laudes diuinas latissimum patet dicendi ex varijs locis campus, sed in eo excellent definitiones conglobatæ, quibus frequenter vitur Synesius, & D. Gregorius Nazianzenus. Sic autem Synesius in hymnis Deum laudat.

Δώτορ χάριω.  
Ρίζα κόσμου.  
Κέντρον ὄντων.  
Αὐτοσοῦτ' ἀρχή,  
Ταμίς πατὴρ τε ὄντων.  
Ἐνοτήτων ἑνάς ἀγνή.  
Μονάδων μονὴς τε πρώτη,  
Πάτερ αὐτοπάτωρ.  
Ὀντων σπέρμα.  
Ἀξέχεια σοφία.  
Παγὰ σοφίας.  
Ὀμμα σαυτῆ.  
Κόσμος κλειῶς.  
Κλειῶν σφαιρωτὰς ἀσφωμ

Dator gratiarum.  
Radix mundi.  
Centrum entium.  
Ex se ortum principium.  
Dispensator, & parens rerum.  
Vnitatum vuitas pura.  
Monadum monas prima.  
Pater sui pater.  
Entium semen.  
Veritas sapiens.  
Fons sapientia.  
Ocule cuiuspius.  
Mundi creator.  
Inlycorum rotator spherarum.

Virtu-